

§ 47	<u>ĪLXI. Magna fames multos consumpsit.</u>	Magna fames multos consumpsit.	<u>MLXI. Magna fames multos occidit.</u>
§ 48	<u>Gebehardus, Ratisponensis episcopus, obiit. Cui Otto successit.</u>	Gebehardus Ratisponensis episcopus obiit, cui Otho successit.	<u>Gebehardus Ratisponensis episcopus obiit, et Otto ei successit.</u>
§ 49	<u>Cûnradus, qui Carentanis solo nomine ducis pre-fuit, locum dedit. Cuius ducatum Pertolt de Zaringin Suevigena accepit.</u>	Conradus, qui Carentanis solo nomine ducis prae-fuit, moriens locum dedit, cuius ducatum Bertholdus Suevigena accepit.	<u>Cunradus, qui Carantanis solo nomine ducis prefuit, moritur, cuius ducatum Berhtold comes Suevigena suscepit.</u>
§ 50	<u>Rome Nicolano papa defuncto Romani coronam et alia munera Heinricho regi transmisserunt eumque pro eligendo summo pontifice postulaverunt. Qui ad se convocatis quam plurimis Italiae episcopis magnoque conventu Bassillee habito eadem imposita corona patricius Romanorum appellatus. Deinde communi omnium consilio Rudolfum Parmensem episcopum summum Romanae ecclesiae elegit pontificem eumque Honorium cognominavit.</u>	Romae Nicolao papa defuncto, Romani coronam et alia munera Henrico regi transmiserunt eumque pro eligendo summo pontifice interpellaverunt. Qui, ad se convocatis omnibus Italiae episcopis, generalique conventu Basileae habito, eadem imposita corona, patritius Romanorum appellatus est. Deinde cum communi consilio omnium Parmensem episcopum summum Romanae ecclesiae elegit pontificem.	<u>Rome Nicolao papa defuncto VI. Kal. Augusti, Romani regi Heinricho coronam et alia munera mittentes, eumque de summi pontificis electione interpellaverunt. Qui, generali concilio Basilee habito, imposita corona a Romanis transmissa, patricius Romanorum est appellatus. Deinde communi omnium consilio Romanorumque legatis eligentibus Chadalous Parmensis episcopus VII. Kal. Novembris papa, multis premiis quibusdam ut aiunt datis, symoniace eligitur et Honorius</u>